N. 3031.

CURRENDA XVIII.

A. D. 1860.

Nr. pr. 169.

Benedictio Pontificia.

Quidam Presbyter, Romæ die 20 Sept. 1860 coram Sanctissimo Patre Pio IX encomiis de Ven. Clero populoq. Dioeceseos, cujus laborem pietatemq. sub Visitatione Canonica h. a. conspexerat, prolatis, benedictionem pro nobis sequentem propria manu sacratissima exaratam consecutus est: **„Benedicat Te Deus totamque Dioecesim Tuam et custodiat corda vestra et intelligentias vestras.“ Pius Papa IX.** m. p.

Benedictionem prælaudatam Ven. Clerus populo fideli e suggestu in proximo annuntiabit ac simul pro Infelicissimo Orbis ac Urbis Patre ultroneas preces commendabit.

E Præsidio Eppali 5. Oct. 1860.

Nr. præs. 162.

Collectio pia pro Maronitis publicatur.

In Currenda XV. a. c. sub Nr. 2629, Venerabilis Clerus abhinc informatus extitit, ab Alto Regimine facultatem concessam fuisse Illustrissimo Mojsi Makhat, Viennæ Generali Vicario Episcopi Zachlensis in Syria, ac Rsmo Philippo Nemer, Secretario ejusdem Eppi, in tota Monarchia Austriaca usq. ad 1. Martii 1861 eleemosynam in favorem infelicium Maronitarum colligendi.

Ipsissimi nunc Litteris de 30. Aug. a. c. quæ mediante Epistola P. T. Nuntiaturæ Pontificiæ Viennen. de 1. Sept. a. c. ad Nos appulerunt, opem totius Diœceseos implorant, pulsantes corda nostra ad misericordiam. Venerabilis Clerus de atrocissima Maronitarum sorte ex Ephemeridibus plura quidem jam hauserat; modo pervolvat quoque intentis oculis tenorem ambarum Epistolarum æstimatarum infra impressum et commiseratione ductus verba faciat ad populum fidelem energica, collectionemque extemplo eatenus instituat, quotas vero collectas una cum suis obulis et consignatione dantium mediante Ven. Officio Dec. m. Novembri a. c. ad Nos pertingere, ac insuper eum preces pro abbreviatione visitationis Maronitarum in Syria funestissimæ fundere faciat. E ses. 5. Oct. 1860.

I. Litterae P. T. Nuntiaturae Papalis Vien.

„Emis et Remis S. R. E. Cardinalibus, Rmis Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque locorum Ordinariis universae Imperialis et Regiæ Austriacæ ditionis.

Statim ac in notitiam Sanctissimo nostro in Xto Patri et Domino Pio Div. Prov. PP. IX. atrocissimae clades, incendia, vastationes, innumeraeque aliae calamitates ab infensissimis Christiani nominis hostibus per Syriacas regiones fidelibus illatae, venerunt, per Apostolicas Litteras, die 29. nuper praeterlapsi mensis Julii ad Rmum Antiochenum Maronitarum Patriarcham datis et doloris Sui acerbissimi sensus ob funestissimos casus patefecit, ac aliquam pecuniae summam, prout per Pontificii Aerarii praesentes augustias licuit, mittere properavit.

Cum mihi satis superque explorata sit pietas eximia, qua Christifideles per universas Austriaci Imperii regiones ad levandas miserorum hominum calamitates prona liberalique beneficentia feruntur, nullus dubito, quin Reverendissimi locornm Ordinarii Sanctissimi Domini Nostri exemplum sequi, ejusque Paterni animi votis obsecundare studeant, ita ut per collatas pecunias, sacras vestes et quaecunque alia divino cultui necessaria dona Syriacis fratribus in tanta penuria versantibus auxilium et solatium paretur.

Enixis igitur precibus spectatissimos Antistites rogo, ut hoc tam praecellens Christianae charitatis opus exemplo et verbo provehant, et Clerum populumque eorum pastorali curae commissos ad miserationem erga innumeram viduarum ac orphanorum multitudinem amantissime excitent.

Et cum mihi firmissime persuasum sit, praeclarissimos Praesules lubenti animo hujusmodi meas commendationes ea, qua praefulgent humanitate, excepturos esse, gratiarum actiones ex animo in antecessum rependens peculiaris meae observantiae et fraternae dilectionis sensus iterum hac occasione profiteor.“

Datum Viennae, die 1. Septembris A. D. 1860.

A. De-Luca,

Archiepiscopus Tarsensis apud Caesareo-Regiam Aulam Apostolicus Nuntius.

II. Litterae P. T. Vicariatus gen. Zachlensis Vien.

Eminentissimi Celsissimi Excellentissimi Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Domini ac Patres nostri gratiosissimi benignissimi!!

Notus jam erit ephemeridum via Amplitudini Vestrae amarus ille calix, quem inscrutabili Dei consilio mensibus elapsis bibisse, imo actu quoque bibere cogitur montem Libanum et Damascum inhabitans omnis Christianus, praeprimis autem Catholici graeco-melchitae, quorum integrae Dioeceses minimam usque Ecclesiam filialem deletae sunt.

Humillime infrascripti eo jam e respectu desistimus a largiori descriptione horridi hujus infortunii, quia convicti sumus, quod recapitulando perpessas connationalium nostrorum torturas, compatientis, Amplitudinis Vestrae cordis renovaremus taliter dolores. Et sane, civitates integrae, oppida, pagi et villae fideli eoque piissimo Jesu Christi agmine plenae, Claustra item ac Templa, inter quae et nostra Cathedralis in Zachle largis, maxima e parte in Austria collectis elevata ex eleemosynis, una cum schola prolibus Scholaribus repleta, concremata, moestas tantum totque martyrum sanguine madidas ostendunt ruinas! Largam Dei benedictionem promittentes fructiferae arbores et segetes jacent ad instar deserti, loco sperati panis cineres tantum promittentes!

Supra viginti Christianorum millia, quorum minor pars sui suorumque in defensione occubuit, major autem inermis infelicium pars, destituta omni palladio oberrans per plateas vel prata, interfecta aut concremata ipsis in aedibus vel templis, in quibus quaesierat refugium, ita, ut testantibus authenticis documentis, interdicta existente sepultura, cadavera eorum bestiis ad devorandum manserint exposita.

Plura millia eorum, quibus successit vitam salvasse fuga, succubuerunt partim acceptis vulneribus, partim penuriae, fami, similesque calamitates communiter comitanti epidemico morbo.

Ast non hi sunt jam, qui Christianae Europae fraternum invocant auxilium, sed milleni imo centum milleni illi orphani et viduae, qui paulo ante possessionati et e parte divites, nunc stricto vocis sensu, sine tegumento nudipedes ad peram et usque indusium oberrant expoliati, magna e parte vulneribus tecti, similium pauperum lamentabilem pro solatio invocare coguntur vocem, adeo, ut vix sciatur, cujus major sit dolor, patientis vel patientem cernentis, nec ei juvare valentis. Nam, proh dolor! horridum est vel mente revolvere, — patitur famelicus clausus reclinaculo, quod deserere non audet, ne Christi hostium incidat in laqueum. Hi sunt illi, qui lacrimabundos versus Europam vertentes oculos, extensis pro eleemosyna brachiis clamant: miseremini nostri, miseremini nostri — saltem vos amici, confratres et Domini nostri!

Humillime infrascripti moti connationalium suorum lamentabili voce, expressa item proprii Ordinarii fugitivi Illmi Dni Basilii Episcopi in Fárzul et Zachle provocatione, recurrerunt ad Excelsum Austriacum Regimen pro facultate in tota Monarchia hac colligendi pro infelicibus his Orientalibus Christianis eleemosynas, quae facultas nobis ddto. 16. Augusti a. c. Nro. $^{24638}/_{1499}$ clementissime elargita Amplitudini Vestrae via politica, uti credimus, communicata dum sit, dulci alimur spe Amplitudinem Vestram precibus nostris, desideratis gratiis obviam ituram. — Si alicubi, hic reipsa verificatur illud: „bis dat qui cito dat;“ — cito enim data vivificabunt non unum exanimem, tardatorum autem munerum quaelibet remora distinctam habebit victimam. Urgens necessitas urgentes desiderat et passus. Cum tamen humillime infrascriptis physica obsit impossibilitas brevi hoc, quod pro faciendis collectis impertitum est, temporis spatio omnia Amplae Monarchiae circumire concessionata loca; idcirco ubi jam peregrinationem nostram favente Domino inchoamus, simul adacti sumus, memoratis e causis, Amplitudinem Vestram filiali cum humilitate rogare, ut in Alma Sua Dioecesi collectam per Venerabilem Clerum curatum promulgari, commendari et effectuari, collectasque taliter eleemosynas cum offerentium consignatione ad proprium Ordinariatum mitti curare, et abinde sub adressa humillime subscriptorum Viennam, Stadt Schönlaterngasse Nro. 750. paterno gratiose dirigi disponere dignetur, unde hae distincta via sine mora ad desideratum promovebuntur locum.

Deus justus, benignus et fidelis recompensator, qui nec poculum aquae frigidae nomine ejus porrectum omittit non retributum, remunerabit tam Amplitudinis Vestrae quam gregis paternae Ejusdem curae concrediti, pia oblata, exoratus tum nostris tum infelicium item nostrorum fratrum, et vel maxime tot confessorum totve martyrum precibus.

Viennae die 30. Augusti 1860.

Filiorum servorumque obsequentissimi,

Moses Makhat,
Vicarius-Generalis, Eppi Zachlensis.

Philippus Nemer,
Secretarius ejusdem Eppi.“

N. 3014.

Książka o Maronitach i t. d. ku wspiéraniu Maronitów.

Okropne na Libanie z Maronitami zdarzenia pobudziły Ducha Jx. Fel. Gondka Plebana w Krzyżanowicach do skreślenia dziejów różnorodnych plemion w górach Syryjskich zamieszkałych, a w nienawiści ze sobą zostających, który jako Pielgrzym do *ziemi ś.* bliżéj poznał ich stosunki. W krótkich ale treściwych zarysach podał je do druku, pod tytułem: *„O Maronitach i pokoleniach innych na Libanie“* ... a litością ku nieszczęśliwym Maronitom, powodowany złożył w Konzystorzu Naszym 360 egzemplarzy do rozesłania przeznaczając czysty z nich dochód na jałmużnę dla zniszczonych Braci naszych. Z przynależytą wdzięcznością przyjmując tak szlachetny dar, pospieszamy z odezwą do Miłych Nam Braci w Chrystusie, aby kupiwszy po 1. egzemplarzu za 40. centów nieśli ulgę i biedakom a oraz zbogacili zakres swoich wiadomości.

W nadziei pomyślnego skutku załączamy tu ·/. po 1. egzemplarzu dla każdego Kapłana, i miło Nam będzie, jeśli zamówienia i dla ludu pobożnego do Nas poczynione będą. Kwoty zebrane WW. XX. Dziekani na ręce Nasze w jak najkrótszym czasie przesłać zechcą. Z posiedzenia 11 paź. 1860.

N. 2909.

Collectio pro incolis pagorum Niagryn, Engelsberg, Marcynowka, Lolin et Illemnia Circuli Stryensis ... commendatur.

Pagi enumerati m. Julio a. c. per elementares eventus magna damna passi sunt. Altum Regimen Leopol. sub. 8. Sept. a. c. N. 40014 provocat Nos ad largam collectionem ... Venerabiles in Christo Fratres charitate proximi abrepti, *illico* se accingent ad instituendam inter Parochianos collectionem favorabilem, et devehendam ad Perill. resp. Decanum, qui quotas receptas *sine mora* ad resp. C. N. Cassam collectivam expediet, Nobisq. apocham receptam anteponet ... Inc. Circularia officia eandem recepere invitationem.

E ses. 5. Oct. 1860.

N. 2273 et 2680.

Gratiarum actio, pro 16. ac 22. Rh. et 80. x. V. A. in rem Missionum &c.

I. M. D. Dr. Frid. Hurter, Præses Consotiationis Immac. Conceptionis B. M. V. pro Oriente gratias una Nobiscum agit pro 16. fl. A. M. receptis ex A. 1860. et commendando Institutum hocce piissimum ulteriori favori Ven. Cleri spondet erogationem illius quotæ fidelissimam in sublevandos Catholicos in Oriente inter Turcas.

II. Ven Clero Decanatus Makov. rursus rependimus gratias pro notabili quota in favorem Missionum Americanarum, Africanarum et Hierosolymitanarum, in summa 22 Rh. 80 x. V. A. pro A. 1860. collecta ... cum apprecatione, ut Largitor bonorum omnium resp. Contribuentes non tantum bonis exoptatis accumulare, verum etiam ad nova auxilia pro novis bonis exstimulare dignetur. E ses. 6. Sept. 1860.

L. 2844.

Wezwanie do wyszukania Maryjanny Krakowskiéj.

Wzmiankowana Maryjanna urodzona *Sacha*, ze wsi Niedźwiedzia Parafii Porąbki, Dek. Brzes. zaślubiona około r. 1852. z Maciejem Krakowskim, po 3. latach więc w r. 1855. opuściła męża dla niedostatku, i dotąd nie wróciła. Pozostały mąż uprasza Szanowne Duchowieństwo albo o wynalezienie żywéj, albo zmarłéj. My tedy wzywamy niniejszym, aby Szanowne Duchowieństwo nie żałowało Swéj fatygi, a w czasie *Adwentu* przez Swój Wiel. Urząd Dekanalny uwiadomiło Nas o skutku poszukiwania Swego.

Z pos. 20. Wrz. 1860.

Nr. 1143, in sch.

Relatio de progressu Consot. S. Infantiae Jesu, gratiarum actio etc.

Ven. Consilium Congregationis s. Infantiae Jesu Vien. sub 15. Sept. a. c. Nobis submisit duos libellos in pluribus exemplaribus sub titulo: »Bericht des Vereines der Kindheit Jesu im J. 1859« et »Rechnungs-Ausweis v. 1. März 1859 bis 1. März 1860« ad Ven. Decanatus emittendos, cum supplicatione pro ulteriori hujus saluberrimi Instituti protectione.

Ex iisdem Venerabilis Clerus et P. T. Magisterium scholarum, cui concedatur ipsorum lectio, capiet notitiam de obligationibus membrorum, de festis et indulgentiis, de formula benedicendi parvulos, de quota 12000 fl. V. A. pro redimendis et educandis prolibus e ditionibus Austriacis illorsum missa, de summa totali 26971 fl. 32½ x. atq. de expensis 13041 fl. 66 x. de quota e Nostra Diœcesi 51 fl. 60 x. V. A. &c. ex A. 1859.

Relegantes ad N. pr. 293 ex A. 1857 in Cur. III. 1859 impressum, et lecturam horum libellorum commendantes, nomine prolium in China expositarum,... concitamus denuo Ven. Clerum, Parochos, Catechetas... ad collectionem eatenus circa *festa Nativitatis D. N. J. C.* inter proles præprimis instituendam, submittendasq. quotas ad Nos mox post *exspirium* a. c. via sonsueta. E ses. 5. Oct. 1860.

Z. 3002.

Die Registrirung der auf österreichischen Handels- und k. k. österreichischen Kriegsschiffen vorkommenden Geburts- und Todfälle von Civilpersonen.

Um den Geburts-, Tauf- und Sterbeakten, welche auf österreichischen Handelsschiffen sowie auf k. k. Kriegsschiffen bezüglich der darauf befindlichen Personen des Civilstandes aufgenommen werden, ohne Unterschied, ob diese Akte In- oder Ausländer betreffen, den möglichsten Grad von Zuverlässigkeit und Glaubwürdigkeit zu verschaffen, zugleich aber auch den Parteien die Erlangung der Geburts-, Tauf- oder Todtenscheine zu erleichtern, finden die h.h. Ministerium des Innern, der Finanzen und des Cultus, dann das Marine-Ober-Commando im Einvernehmen mit den Ministerien des Aeußern und der Justiz, sowie mit dem Armee-Ober-Commando, mittelst h. Verordnung v. 25. Aug. l. J. Z. 210, im I. Stücke des Reichs-Gesetz-Blattes folgende Vorschriften zu erlassen:

§. 1. Wenn während der Seefahrt auf österreichischen Handelsschiffen ein Kind geboren wird, so hat sich der Schiffsführer unter Beiziehung des Schiffslieutenants (Schiffsschreibers) und eines Zeugen, in Ermanglung oder Verhinderung des Schiffslieutenants (Schiffsschreibers) aber unter Beiziehung zweier Zeugen in den ersten vierundzwanzig Stunden von der stattgehabten Geburt, von dem Geschlechte des neugebornen Kindes und von der Identität der Person der Mutter persönlich zu überzeugen, und darüber ein Protokoll aufzunehmen. Die Zeugen dürfen weder mit dem Schiffsführer noch mit dem Schiffslieutenant (Schiffsschreiber) in auf- oder absteigender Linie überhaupt, oder in der Seitenlinie als Geschwisterkinder, oder noch näher verwandt, oder in den bezeichneten Graden verschwägert sein.

§. 2. Dieses Protokoll hat den Tag und die Stunde der Geburt, den Namen des Schiffsführers, des Schiffslieutenants (Schiffsschreibers) und der Zeugen, dann den Namen, Stand, das Alter, Vaterland, und den Zuständigkeits- oder doch den ordentlichen Wohnort der Mutter, endlich das Geschlecht des Kindes zu enthalten.

Wird die Identität des anwesenden Mannes, welcher sich als ehelicher Vater erklärt, durch zwei Mitglieder der Erhebungscommission (§. 1) oder durch zwei andere, dem Schiffsführer bekannte Zeugen, und seine Verehelichung mit der Kindesmutter durch den Trauungsschein außer Zweifel gesetzt, so ist er in dem Protokolle als ehelicher Vater, oder das Kind als ehelich geboren, einzutragen.

Dasselbe hat auch dann zu geschehen, wenn der angegebene eheliche Vater nicht gegenwärtig ist, aber der beigebrachte Trauschein seine Verehelichung mit der Kindesmutter nachweiset, oder wenn bei dem Mangel desselben die Verehelichung des angegebenen Vaters mit der Kindesmutter auf die angeführte Art bestätigt wird.

Wird das Kind als unehelich geboren angegeben, so kann die Eintragung des unehelichen Vaters nur dann geschehen, wenn er anwesend ist und dieselbe verlangt, und zugleich auf die angeführte Art durch Zeugen die Identität seiner Person und die Wahrheit des von ihm angegebenen Namens bestätigt wird.

Das Protokoll ist von dem Schiffsführer, dem Schiffslieutenant (Schiffsschreiber) und den Zeugen, und nach Möglichkeit von den anwesenden Aeltern des Kindes zu unterschreiben.

§. 3. Ist vor oder bei Aufnahme des Geburtsaktes die Taufhandlung vorgenommen worden, so ist dieselbe gleichfalls in das über die Geburt aufgenommene Protokoll mit Anmerkung des, dem Kinde beigelegten Namens einzutragen, und dasselbe auch von den Personen, welche bei der Taufhandlung eingeschritten sind, zu unterschreiben.

Wurde erst später zur Vornahme der Taufhandlung geschritten, so ist darüber nach der im §. 1 angezeigten Art ein Protokoll aufzunehmen.

§. 4. Bei Sterbefällen während der Schiffahrt auf österreichischen Handelsschiffen ist darüber ein Protokoll in der Art und durch dieselben Personen, wie oben in Rücksicht der Geburten vorgeschrieben ist, aufzunehmen, und darin die Art des Todes oder der Krankheit, welche dem Leben der betreffenden Person ein Ende machte, möglichst genau zu bezeichnen.

Was hinsichtlich der Verlassenschaft der Verstorbenen vorzukehren ist, wird durch das Editto politico di navigazione vom 25. April 1774 angeordnet.

§. 5. Für den Fall, daß während der Seefahrt am Bord eines k. k. Kriegsfahrzeuges eine Frau des Civilstandes ein Kind gebärt, sind die betreffenden Protokolle von dem Schiffscommandanten unter Beiziehung eines Schiffs-Administrationsbeamten und eines Zeugen, in Ermanglung oder Verhinderung des Administrationsbeamten aber unter Beiziehung zweier Zeugen in der oben angedeuteten Art aufzunehmen. — Die nämlichen Personen haben im Falle, ale während der Seefahrt am Bord eines k. k. Kriegsfahrzeuges eine Civilperson mit Tod abginge, das im §. 4 bezeichnete Protokoll aufzunehmen.

Wenn sich am Bord des Kriegsfahrzeuges, oder am Bord des Commandoschiffes, zu welchem dasselbe gehört, und in dessen Nähe es ist, ein Auditor befindet, so hat dieser bei Aufnahme der Protokolle die Stelle des Administrationsbeamten zu versehen.

Wenn aber am Bord des Kriegsfahrzeuges oder am Bord des Commandoschiffes, zu welchem dasselbe gehört, und in dessen Nähe es ist, ein Marine-Caplan eingeschifft ist, so hat der letztere den Geburts- oder Sterbefall unter genauer Beobachtung der dießfälligen Vorschriften in das beihabende Manualprotokoll einzutragen.

Der von diesem Marine-Caplan ausgestellte, und von dem Schiffscommandanten als richtig bestätigte Geburts-, Tauf- oder Todtenschein ist zum Erweise der Geburt oder des Todes allerdings geeignet, und es können diese Documente daher die Stelle der vorerwähnten Protokolle vertreten.

§. 6. Die Geburts-, Tauf- und Sterbeprotokolle sind auf Handelsschiffen in zwei Original-Exemplaren anfzunehmen und in dem Schiffstagebuche ihrem ganzen Inhalte nach wörtlich einzutragen. Für die k. k. Kriegsfahrzeuge wird eine dreifache Ausfertigung der betreffenden Geburts-, Tauf- und Sterbprotokolle, beziehungsweise Geburts-, Tauf- und Todtenscheine, vorgeschrieben.

§. 7. Beide Exemplare der auf österreichischen Handelsschiffen aufgenommenen Geburts-, Tauf- und Sterbeprotokolle sind bei der ersten Einfahrt in einen inländischen oder einen solchen ausländischen Hafen, in welchem sich ein österreichisches Consulat oder eine österreichische Gesandtschaftsbehörde befindet, im ersten Falle der österreichischen Hafenbehörde und im zweiten dem österreichischen Consularamte oder der Gesandtschaftsbehörde zu übergeben. Diese Behörden haben in der Regel beide Exemplare der Central-Seebehörde zu Triest zu übersenden, welche eines derselben zurückzubehalten, das zweite Exemplar aber, je nachdem es Inländer vom Civilstande, oder österreichische, dem Militärverbande überhaupt angehörige Individuen, oder Ausländer betrifft, in dem ersten Falle an die politische Landesstelle, in deren Verwaltungsgebiete der Zuständigkeitsort (Wohnort) des ehelichen Vaters oder der unehelichen Mutter des Kindes, und beziehungsweise des Verstorbenen liegt, in dem zweiten Falle im Einvernehmen mit dem Marine-Ober-Commando an den betreffenden Militärkörper, in dem dritten Falle aber an die betreffende ausländische Regierung zu leiten hat. Die auf Mercantil-

schiffen der Küsten des Militär-Gränzgebietes aufgenommenen Documente sind, wenn sie Gränzbewohner betreffen, an das zuständige Gränzregiment oder den Communitätsmagistrat zu leiten.

Die politische Landesstelle, der Militärkörper, das Gränzregiment oder Communitätsmagistrat hat sich an den kirchlichen Obern des Matrikenführers des Zuständigkeitsortes (Wohnortes) des Verstorbenen, beziehungsweise der Aeltern des Gebornen zu wenden, und durch den erwähnten Obern die Eintragung des Geburts- oder Sterbeactes in die Matrikel dieses Heimathsortes zu veranlassen. In dem Ausnahmsfalle, wenn das Schiff in einem der Heimath des betreffenden Individuums nahen Hafen eingelaufen ist, haben die oben genannten Behörden von den erhaltenen zwei Exemplaren jener Acte nur Ein Exemplar der Central-Seebehörde zu übermitteln. Das andere Exemplar ist ohne Unterschied, ob es In- oder Ausländer betrifft, nach ämtlicher Verificirung und Bestätigung der Uebereinstimmung beider Exemplare unmittelbar durch die Hafen-, Consular- oder Gesandtschaftsbehörde dem betreffenden Regierungs-Organe unter gleichzeitiger Anzeige an die Central-Seebehörde zuzuschicken.

§. 8. Bezüglich der, die auf den k. k. Kriegsschiffen aufgenommenen Personen des Civilstandes betreffenden Geburts-, Tauf- und Sterbeprotokolle, beziehungsweise Geburts-, Tauf- und Todtenscheine, sind im allgemeinen gleichfalls die im §. 7 angedeuteten und auf dieselben anwendbaren Maßnahmen einzuleiten, wobei übrigens bemerkt wird, daß das dritte Exemplar des Aufnahmsprotokolles, oder beziehungsweise des Geburts-, Tauf- oder Todtenscheines, von Seite der Central-Seebehörde stets dem Marine-Ober-Commando einzusenden ist.

§. 9. Die in Gemäßheit der vorausgehenden Bestimmungen über die auf österreichischen Handelsschiffen und auf k. k. Kriegsschiffen erfolgten Geburten, Taufen und Todesfälle aufgenommenen Protokolle, beziehungsweise Geburts-, Tauf- und Todtenscheine haben, sowie die auf Grund derselben ertheilten Zeugnisse, die Kraft öffentlicher Urkunden.

Dieß zur allgemeinen Wissenschaft und dießfälligen Darnachachtung.

Tarnow am 11. Oktober 1860.

N. 2931.

Suffragia aut 1 Missa.

A. R. Joan. Dydowicz, pensionatus Paroch. Zator. Sodalis Societatis Presbyterorum precum mutuarum pro felici morte, diem supremum 22. Sept. a. c. obiit... pro cujus anima Consodales 1 Missæ Sacrificium litabunt, non-Consodales Memento ad Missas applicabunt.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 11. Oct. 1860.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.